

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

rem legem laudando audaciamque confutet eius, qui quum palam contrafecerit, idque fateatur, ut sit tamen factumque defendat. Deinde infirmam defensionem quam aduersarius aliquid voluisse aliquid sensisse scriptorem, aliquid scripsisse dicat, non esse deferendum a quoquam potius latoris sensum quam a lege explicari cur ita scripserit, si ita non senserit. Cur quum ea que plane scripta sunt neglexerit, an nullo modo scripta sint proferat. Cur prudentissimos in scribendo viros summe stulticiae putet esse damnandos, Quid impediens scriptorem, quo minus exciperet illud quod aduersarius tanquam si exceptum esset, ita dicit se secutum? Vtetur exemplis bis quibus idem scriptor aut si id non poterit, quibus alii quod excipiendum putarint exciperint. Quarenda etiam ratio est si qua poterit inueniri, quare non sit exceptum aut iniqua lex aut multis futura dicitur, aut alia causa obtemperandi, aut abrogandi dissentire aduersarii vocem atque legis. Deinde amplificanda causa, de conseruandis legibus, de periculo publicorum et priuatarumque: tum aliis locis, tum in porando maxime grauiter erit vehementerque dicendum. Ille autem qui se sententia legis et voluntate defuadet in consilio, atque in mente scriptoris non in verbis ac litteris vim legis positam esse defendet, quodque nihil exceperit in lege laudabit, ne diuerticula peccatis daretur, atque ut ex pacto cuiusque legis iudex mentem interpretaretur. Deinde erit vtendum exemplis, in quibus omnis equitas perturbetur si verbis legum, ac non sententia pareat. Deinde genus eiusmodi calliditatis et calumniae retrahatur in odium iudicis quum quadam inuidiosa querela, et si incidet imprudentiae delictum causa quare non ad fletum, sed ad casum necessitatemue pertinat. Quod genus pauloante attigimus erit eisdem equitatis sententia contra acerbitatem verborum deprecandum. Si scripta inter se dissentirent tanta series artis est, et sicut inter se sunt pleraque connexa, et apta, ut que pauloante precepta dedimus ambigui, quaeque proxima sententiae, et scripti, eadem ad hoc genus causa tertium referant. Nam quibus locis in ambiguo defendimus eam significationem quae nos adiuvat eisdem in contrariis legibus nostra lex defendenda est. Deinde est efficiendum ut alterius scripti sententiam, alterius verba defendamus. Itaque modo de scripto sententiaque precepimus, eadem hic omnia transferimus. Superiorum epilogatio. Expositae sunt tibi omnes oratoriae partitiones, quae quidem et media illa nostra academia floruerunt. Neque sine ea aut inueniri, aut intelligi, aut tractari possunt. Nam et partiri ipsam, et diffinire, et ambigui partitiones diuidere, et argumentorum locos nosse, et argumentationem ipsam concludere et videre, quae sumenda in argumento sunt, quaeque ex his quae sumpta sunt efficiantur, et vera a falsis verisimilia ab incredibilibus diiudicare et distinguere, et aut male sumpta aut male conclusa reprehendere, et eadem vel anguste differere est dyalectici qui appellantur, vel ut oratorum de cetero late expromere illius exercitationibus, et subtiliter disputandi et copiose dicendi artis est. De bonis vero rebus et malis, equis et iniquis et inutilibus honestis: turpibus quam potest habere orator sine illis maximae artibus facultatem, aut copiam. Quare haec tibi sunt mihi Cicero quae exposui, quasi indicia illorum fontium ad quos si nobis eisdem ducibus aliusue puenieris, tum et ipsa melius, et multo maiora alia cognosces. Ego vero ac magno quidem studio mihi pater: multaque ex tuis preclarissimis muneribus nullum maius exspecto.

Marci Tulli Ciceronis de partitione artis rhetorice ad filium suum Ciceronem liber finit.

### MARCI TVLLII CICERONIS DE CLARIS ORATORIBVS.

Ume Cilicia decedens Rhodum venissem: et eo mihi de Qu. Hortensii morte esset alatum, opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. Nam et amico amisso, quum consuetudine iocunda, tum multorum officiorum coniunctione me priuatum videbam, et interitu talis aurgis dignitatem nostri collegii diminuta dolebam, quae in cogitatione et coopertum me ab eo collegium recordabat, in quo iuratus iudicium dignitatis me fecerat, et in auguratum ab eodem. Ex quo augurum institutis in parentis eius loco colore debebam. Augebam etiam molestiam quae magna sapientium civium, bonorumque penuria: vir egregius coniunctissimusque mecum consiliorum omnium societate alienissimo reip. tempore extinctus, et auctoritatis, et prudentiae suae triste nobis desiderium reliquit. Dolebamque quod non ut plerique putabant aduersarium, aut obrectatorem laudum meorum: sed socium potius, et consortem gloriosi laboris amiseram. Item si in leuiorum artium studio memoriae perditum est, poetas nobilium poetarum equalium morte doluisse, quo tandem animo eius interitum ferre debui, cum quo certare erat gloriosius quam omnino aduersarium non habere, quum praesertim non modo nunquam sit, aut illius a me cursus impeditus aut ab illo meus, sed contra semper alter ab altero adiutus: et communicando, et monendo, et fauendo. Sed quoniam perpetua quadam foelicitate usus ille cessit et vita suo magis, quam suorum civium tempore, et tunc occidit, quum lugere facilius reip. posset si viueret quam iuuare. Vixitque tam diu quam licuit in ciuitate bene beateque viuere nostro incommodo detrimentoque, si est ita necesse doleamus, illius vero mortis oportunitatem beniuolentia potius, quam misericordia prosequamur ut quotiescumque de clarissimo et beatissimo viro cogitamus, illum potius, quam nosmetipsos diligere videamur. Nam si id dolemus, quod eo non iam frui nobis non licet, inquam est id malum, quod modice feramus, ne id non ad amicitiam sed ad domesticam vtilitatem referre videamur. Sin tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit angimur non summam eius foelicitatem non satis grato animo interpretamur. Et, si viueret, Qu. Hortensius cetera fortasse desideraret vna cum reliquis bonis et fortibus civibus. Huc autem et propter ceteros aut cum paucis sustineret dolorem quum foris, per, quod fuisse quasi theatrum illius ingenium voce erudita, et romanis grecisque auribus digna spoliatum atque orbatum